



Universitätsbibliothek Paderborn

Vanitas vanitatum et omnia vanitas. dicit Ecc[lesiast]es

...

Jacobus <de Gruytrode>

[Speyer], 1490

De contemptu et odio mundi. Quartu[m] capitulum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30773

charissime ne tardaueris: ut non cum fatuis virginibus finaliter excludaris.

De contemptu et odio mundi. **Q**uartus capitulum.

Dilete diligere mundum: neque ea que in mundo sunt. **S**i quis dixerit mundum non est charitas patris in illo. Et mundus transit et concupiscentia eius scribitur in prima Canonica. Iohannis apli. h. c. **H**ec verba per tractans beatus Aug^o. sic dicit: Quid vis: utrum amare temporalia et transire cum tempore: an mundum non amare et in eternum vivere cum deo? Amas seculum: absorbebit te. Amatores suos vorare nouit: non portare. **N**ota quod mundus est excōmunicatus: quia sicut pro excōmunicato in ecclesia non oratur: sic nec christus orauit pro mundo: qui tamē pro suis crucifixoribus orauit. **V**nde dixit in ultimo sermone. Pro ipsis scilicet discipulis: non pro mundo rogo. **S**tultum est tali domino servire: qui in fine seruum nudum et sine mercede ejus cere consumuit. **S**ic facit mundus. **V**nde legitur. quod Holdanus rex Babylonie: cum apud damascū infirmaretur: usque ad mortem et sciret sibi morte imminere: signiferum suū vocauit. dicens ei. Tu qui soles ferre vexilla mea ad bella: fer nunc mortis mee vexillum: scilicet: vile hoc panniculum pro totam damascum. dicens. Ecce rex orientis non fert secum nisi hoc vile panniculum. **S**imile fere legitur quod quidā rex Lothuringie inuenis cum esset in extremis: respiciens sua palacia et domos suas multas dixit pluribus audientibꝫ. O domine Iesu quantū contemnendus est mundus iste. Ecce ego qui tot habui palacia et hospicia: nescio quo debeam bac nocte ire: vel quis me debeat hospicio recipere. Relinque ergo o peccator dominum tuum scilicet hunc mundum: antequam in tanta paupertate relinqueris ab eo. sciens quoniam ut dicitur Iacobi. i. Qui amicus est mundi huius: inimicus dei constitutus. **G**regorius. Tanto quis deo est primus: quanto ab amore mundi est alienus. Ad hoc ostendendum: Christus nudus extra ciuitatem pati voluit et crucifigi: ut ostenderet nihil sibi esse commune cum mundo. et quicunque volant consequi passionis sue fructum: debent extremitatem saltem pro affectum et mundanā conuersationem.

Unde dicit dominus Hieremie li. **F**ugite de Babylone: et saluet unusquisque animam suam. **B**abylon sc̄m Hieronymum interpretatur domus confusione. **E**t directe signat hūc mundum: in quo iam vbiq; confusio regnat tam in clero q; in populo. tam in religiosis q; in secularibus. tam in scribō q; in iuuenib; tam in viris quam in mulieribus. ita ut me rito beatus Johannes dicat in Canonica sua. **T**otus mundus in maligno positus est. **E**t idcirco consulit fugiendum esse ad vitam religiosam beatus Bernhardus dicens. **F**ugi te de medio Babylonis. id est. de seculo: et salvate animas vestras. **C**onuolate ad vites refugij. id est. ad vitam religiosam vbi possitis de preteritis agere penitentiam: et futuram gloriam fiducialiter postulare. **N**on vos penitentie austertas deterreat: quia non sunt condigne passiones huius temporis ad preteritam culpam que remittitur ad presentis consolationis gratiam que innicitur: et ad futurā gloriam que promittitur. **S**ciendum autem q; mundum debemus fuge re propter quatuor. **D**rimo enim solent sapientes recedere a loco infecto pestilentia: vel fetore: maxime quando vel egros se sentiunt: vel egrotaturos se agnoscunt. **T**alis est mundus quia tot mala peccantium in eo videmus: tot fetores inficienes animam nostram recipimus. **I**dcirco quia cum peccatum morbus contagiosus: fugienda est societas malorum. **N**on est tutum sanis cum leprosis habitare. Ecclesiastici. xiiij. **Q**ui tetigerit picem inquinabitur ab ea. et qui cōmunicauerit superbo: induet superbiam. **M**oluit Jacob habere Esau socium iteneris sui. **H**ieronymus. **C**erte nil tam nocet homini q; mala societas. **T**alis enim efficitur homo: qualium societate perfruitur. **N**unquid cum agno lupus habitat: **V**ir castus certe luxuriosi societatem aufugit. **P**lus q; impossibile puto virum diutius in bonis permanere operibus: qui maiorum assidua conuersatione vtitur. **C**um sancto. **P**salista vociferat: sanctus eris: et cum peruerso quereris. **S**icut enim mala nocet cōuersatio: ita bona prodest. **N**ullus potest huic comparari thesauro. **Q**ui inuenit bonam societatem: vitam inuenit: delitijs affluit. **C**erte vera dicā. **P**er raro bō bonus

B ii

vel malus efficitur: nisi ob societatis causam. **P**ueri cor tan-
q; tabula rasa in qua nihil depictum est fore dicitur. **I**llud er-
go quod a societate recipit usq; ad senectutem retinet: siue bo-
num siue malum sit. hec **H**ieronymus. **D**ebemus ergo nos
elongare a mundo propter mali vicini molestiam. **A** nullus autem
vicinus ita potest nocere sicut vicinitas peccatorum: quorum
mundus plenus est. ut patet ex iam dictis. **I**deo solent sa-
pientes recedere a loco in quo timent se tradi in manus inimici
corum suorum. **S**icut facit mundus. **V**nde ei congruit illud
verbum Iude traditoris. **N**uncunq; osculatus fuero: ipse est
tenete eum. **H**ec verba dicit mundus demonibus. **N**am quos
mundus in puniti osculatur. id est. exaltat honoribus: hostibus
suis scilicet demonibus tradit. **U**nus Hieronymus. **S**ignum mani-
feste damnationis est: in hoc mundo sua beneplacita assequi:
et a mundo diligi. Itaque omnino oportet nos per multas tribu-
lationes acquirere regnum dei. Errauit in via: qui per diuinis
et delicias festinat ire. hec **H**ieronymus. **T**ercio solent
se sapientes elongare ab aliquo loco: propter ipsius periculum
Mundus est locus periculosissimus: propter quod mare di-
citur. **V**nde. ps. **H**oc mare magnum et. **P**ericulum huius
maris scilicet mundi. iuxta verbum beati Bern. **P**robat trans-
untium varietas et pereuntium multitudo. In mari **A**rsi-
lie de quatuor nauibus vix perit una. In mari huius mun-
di de quatuor animabus vix saluatur una. **Q**uasi enim lo-
cus diluvij est mundus iste: vbi pauci respectu pereuntium
saluantur. **M**undus est sicut fornax Babylonica: igne infer-
nali succensa. Ideo est valde timendum homini in eo: qui ad
sibilum viuus verbi accenditur igne ire: ad aspectum viuus
mulieris igne luxurie: ad aspectum viuus rei preciose igne con-
cupiscetur. **Q**uarto elongat se homo dissidatus ab aliquo:
propter inimici capitalis timorem. **I**nimicus noster capitalis
est diabolus qui iurauit mortem fratrem: qui est princeps mundi.
A quo nos elongamus: dum mundum deserimus. Eccl. ix. **L**o-
ge esto ab hoile piatem habente occidendi. Homo iste est dia-
bolus: quod dicitur homo: ab hoile deuicto. Matth. xiii. **I**nimi-
cus homo hoc fecit. **P**reterea sciendum: quod aliter profecte non pe-

vinci mundus: nisi per exitum ab eo. Unde legitur in vita pa-
trum. quod beatus Arsenius adhuc in palatio imperatoris existens rogauit deum dicens. Domine obsecro dirige me ad salutem.
Et vox de celo iterum dixit. Arseni: fuge hoies et saluaberis.
Ipse aitez statim ad monachalem vitam descendit. Iterum orauit deum dicens. Domine dirige me ad salutem. Et vox de celo iterum dixit. Arseni: fuge. tace. quiesce. Nec enim sunt radices non peccandi. Nam in fuga vincitur concupiscentia carnis. taciturnitate. superbia vite. quiete desideriorum avaricia. Item Isidorus. ad contemptum mundi nos exhortans sic ait. Si vis esse quietus: nihil seculi appetas. Semper requiem mentis habebis: si curas seculi a te pieceris. Abiice a te quicquid bonum propositum poterit impedire. Esto mortuus mundo: et mundus tibi. mundi gloria tanquam mortuus non aspicias. Viveniens contemne: quod post mortem non poteris habere.
De vita huius mundi dicit sic Hieronymus. O vita mundi non vita sed mors. vita fallax. vita onusta tristitia. vita imbecillis et umbratrica. vita mendax: nunc flores: statim arescens. vita priuans. vita cui in es. vita fragilis. vita mometanea et cedula: que quanto magis crescens: tanto magis decrescens: cum plus procedis: plus ad mortem propinquas. O vita plena laqueis: quot in mundo hoies illaqueas. quot per te iam sustinent tormenta infernalia: Quam bellus qui tuas agnoscit fallacias. bellus qui de tuis non curat vanis blandicijs. quam beatissimus quod te bene est priuatus. Augustinus. Unde clamat ego deficiens. caro clamat ego inficiens. diabolus clamat ego decipias. Christus vero dicit: ego reficiam. Misericordia quem sequeris. O charissime si hec quod iam legisti te non moueant ad contemptum mundi: et eorum que in eo sunt: audi beatum Bernardo. de amatoribus mundi dicente. Ve illic: quibus preparatur dolor vermiculus: ardor flamae: sitis continua fletus et stridor dentium. horribiles facies demonum. Ibi mors optabitur: et non dabitis. ibi nullus ordo: sed semper inernus horrors. Quis tunc putas erit meror: que tristitia: quis luctus quoniam separabitur iniustus a consortio iustorum: et tradentur iniusti potestati demonum: et ibunt cum eis ad eternum supplicium gaudia paradisi nunquam percepturi: sed perpetuo cruciandi.

Ibi torquens nec puniens fatigabitur. Qui torquentur non morientur: et sine spe venie viuent: ut non moriantur: morientur ut non consumantur. **I**sidorus. Si haberet sapientiam **S**alomonis. si pulchritudinem **A**bsolonis. si fortitudinem **H**ampsonis. si longitudinem vite **E**noch. si **P**tholomei potestate. si diuinitas **C**resi: quid pdesset tibi: si tandem caro tua daretur vermis: anima demonibus: cum diuite crucienda si ne fine? **I**dem mouere debet te ad despicienduz mundum: et ea que in ipso sunt breuitas presentis vite: et incertitudo mortis. **A**nde **G**regorius. Reproborum mentes idcirco multa nequier agunt: quia se viuere hic diutius arbitrantur. **J**usti vero qr vite sue breuitatem considerant: elationis et immundicie culpas declinant. De breuitate vite pntis dicit **J**acobi. in **C**anonica sua. iiii. c. Quid est vita nra nisi vapor ad modicum parens: et deinceps exterminabitur? **A**ugustinus. **V**iata hominis tota breuis est ab infantia usq; ad decrepitam senectudem. Adam si adhuc viueret: et hodie moreretur quid illi longitudine vite pfuisset? **I**dem. Quicquid temporis vivitur: de spacio vivendi demitur: et omnino nihil aliud sit vita presens qz cursus ad mortem. **S**eneca. Quotidie morimur qr quotidie demitur aliqua pars vite nre. Ecce dilectissime sibene inspereris te: et verba iam tibi scripta ac etiā postea scribenda cordis auribz diligenter pcepteris: potius deberes dicere: vado mori credens p longum vivere tempus. Forte dies hec est ultima: vado mori. Tu autem estimas diu vivere: et hec temporalia bona et mundana gaudia annis multis indulitus possidere. Sed charissime no sic. **N**o enī vt ait **J**ob. Vanitati similis factus est: dies ei⁹ sicut umbra ptereunt. **D**e falsa mudi gloria: potentia et dignitate: ac caducis eius diuinitus contemnendis. **Q**uintum capitulum

Tibi sunt principes gentium qui dominantur superbe: vias que sunt in terra. qui in aubus celi ludunt. qui argentum thesaurisant: et aurum in quo confidunt homines. et non est finis acquisitionis eorum: qui argentum fabricant: et solliciti sunt: nec est inuentio operum illorum. Exterminati enim sunt: et ad inferos descenderunt: et alij in locū